

cum ibique a sancto Maiolo est devote susceptus atque in habitu sanctę conversationis monachus ex more sacratus ^{g)}). Cuius etiam conversatio in tantum extitit cara deo et dulcis deum diligentibus, ut isdem sanctissimus Maiolus sibi commissio ^{h)}) gregi allegans ⁱ⁾) illum in vita, qualiter post ipsius obitum haberent patrem atque pastorem. Quod ita manifestissime et utiliter fieri contigit. Quam enim premaximam exinde, dum adriverent, dilectionem inter se habuere, dum alter eorundem ^{k)}) alterum (*fol.* 227^r) sibi utcunque preferens ^{l)}) exprimi non valet ^{m)}). (*cap.* 19) Preterea pontificibus Romanis pater Willelmus, qui suo tempore prefuere, in tanta veneratione ac ⁿ⁾) reverentia est habitus, ut, quicquid illis suggessisset sive ^{o)}) per se sive per aliquam legationem ^{o)}), libentissime implere studebant ^{p)}). Nam Iohannem ^{q)}) papam, spiritualia dona per orbem maxime Italicum auri vel argenti precio distracta minus curantem, tali invectione monere studuit per epistulam hęc continentem: „Parcite queso, parcite, qui dicimini sal terre et lux mundi. Sufficiat hominibus iam semel Christum fuisse venditum pro communi salute universorum. Iam enim refugeę veri luminis, solo nomine pastores, ovile Christi, imo membra illius, videte post vos, quo eunt. Si iuxta fontem tepet rivus, in longinquum foetere ^{r)}) nulli ^{rr)}) dubium est. Iccirco cura ^{s)}) quibusdam venditur ad suum ^{t)}) interitum. Volo vos patres ^{u)}) ac pontifices omnes in commune iudicis securim gestantis ^{v)}), ante ^{w)}) ianuam assistentis ^{x)}), memores“. Quam epistulam papa libenter amplectens grates ac benedictiones tanto patri retulit deumque in illo glorificavit ²²⁾).

g) sacratus est *RBM*

h) -so *aus* -si *F*

i) allegaret *R*

k) eorum *R*

l) utrinque praeferret *R*, utrumque praeferens *M*

m) *nach* valet folgt in *B* eine andere Kapitelfolge, die jedoch lediglich durch einen Fehler beim Druck entstand, als offensichtlich zwei Spalten durcheinandergerieten: richtig wäre zu setzen *Caput XI, 27 und 28 (bis vice versa) an die Stelle von Caput XII, 32 (bis vice referenda) und umgekehrt*

n) & *R*

o) sive — legationem fehlt *R*

p) *BM*; studerent, *darin -re- auf Rasur in F*; studerent *R*

q) Nam et Iohannem *MeRBM*

r) f_oetere *F*

rr) non *Me*

s) in iccirco -o auf *Rasur*, danach Lücke von ca. zwei Buchstaben, cur — a *F*

t) sui *R*

u) *FMeR*, Pastores *BM*

v) *MeRBM*, nach gestantis et ü. d. Z. in *F*

w) apud *B*

x) *MeRBM*, nach assistentis esse ü. d. Z. in *F*

²²⁾ Einen zweiten Brief Wilhelms an Papst Johannes XIX. (1024—33) teilt Rodulfus Glaber in seinen Historien (wie S. 451 Anm. 2) lib. 4 cap. 1 S. 93 mit; vgl. dazu *B u l s t* S. 251 f.